

Affatus Solatiorum,

quibus
Virum

Magnificum, Nobilissimum Amplissimum &
Consultissimum

DOMINUM

JOANNEM GODE-
FREDVM ROESNERVM,

Prae Consulem atque Scholarcham primarium
in civitate Regia Thorunensi gravissimum meritissimumque,
cum

amantissimam Conjugem,

Foeminam nobilem & omnibus sexus sui elegan-
tiis exornatam,

ANNAM CA-
THARINAM,

natam KISLINGIAM,

d. XXII. Sept. A. MDCCVIII

pie placideque defunctam,

acerbe lugeret,

ipso exequiarum Die,

XXX. Sept.

erigere cupiebant,

Rector & Professores Gymnasii Thor.



E Typographeo Nobilissimi Senatus & Gymnasii.



Gestürktes Vaterland! du Bild gemeiner Plage/
Voll Schmerz und Bangigkeit/wie bringstu deine
Tage!

In Angst und Jammer zu. Denn dich ein Sey-
den trifft/

Darwieder Menschen- Wiß kein Mittel hat
gestift.

Dein Gott heist alle Lust von deinen Gränzen weichen/
Er füllet weg und Land mit ungemeynen Zeichen:

Dein Licht umbnebelt sich: Dein Glanz dringt in die Nacht:

Dein Rahm ist außserhalb auch schon verhaßt gemacht.

Ach! möcht der schwache Kiel bey diesem Elend bleiben/
Und dürffte weiter nicht von mehrern Jammer schreiben.

Doch grosser Mann/ wer kan/dich ohne Beylend sehn/
Da so viel Thränen dir/ aus deinen Augen gehn.

Drumb weinen wir mit dir/ und klagen deine Schmerzen!
Es reist / o herbes Wort! der Todt von deinem Herzen

Ein Theil: o daß dich nun der allzu harte Schluß

Ben dieser Jammer-Zeit zu erste treffen muß!
So fällt dein Labfal weg/ und der Verdrießlichkeiten

Beliebte Enderung entweichet von der Seiten/
Die Liebe die dich stets mit treuer Klugheit band/
Dein treuer Ehgemahl verfällt in kühlen Sand.

Das Chor der Jugenden geht traurig mit zum Grabe/
Beklagt sich hefftiglich/ daß solche Himmels-Gabe

So bald erbleichen muß. Die Häußlichkeit erschrickt:
Die Klugheit quählet sich/ und lieget fast erstickt:
Eusebie die fragt: Sind mir noch viel geblieben?

Die mich in heisser Blut so rein und hefftig lieben.
Die Freundlichkeit die sonst nicht ein geringer Ruhm

Des Frauen-Zimmers ist/ beklagt ihr Eigenthum.
Man hörte nichts von Ihr als schöne Reden schallen/
Wo Worte sonder Krafft als plumpe Thone fallen/

Die hört' ihr kluger Geist mit rechten Eckel an/
Drumb klagt die Freundlichkeit: Es ist umb mich gethan.
Ja was sonst Laster haßt/ wil sich in Trauren setzen/
Und den verfallnen Leib mit tausend Thränen nehen.
Es weint ein jeder mit/ der Dich und Jugend liebt/
O Hochbetrübter Mann/ daß Gott dich so betrübt!
Jedoch bezwinge dich und die betrübte Stunden/
Dein wohlgesakter Geist hat sich ja sonst gefunden/
In and're Traurigkeit. Bezwinge die Gefahr/
Und stelle dich beherzt iht zum Exempel dar.
Dein treuer Ehgemahl rufft selbst aus ihrer Kammer/
Beklaget mich doch nicht: beweinet euren Jammer
Dem ich entrisen bin. Wie stört ihr meine Lust?
Die in der Eitelkeit euch noch ist unbewust!
Nun/ reine Seele! bleib bey deinen grossen Freuden/
Die du erlanget hast durch dein frühzeitig scheiden.
Du bist nun aus der Noth: Du bist nun höchstvergnügt.
Und dein erhabner Geist hat frölich obgesiegt.
Wir aber wollen hier dein Ehren-volles Leben
Zum Beyspiel anderen/ stets loben und erheben.
Das aber/ was dein Scherz oft wünschte auff dein Grab/
Das stattet dir im Ernst die schlechte Feder ab:

Hier liegt mein Wanders-Mann/ in diesem kühlen Grabe/
Ein edles Frauen-Bild/ mit Jugend ausgerüst/
Und weil ihr Jugend-Glanz fast unbeschreiblich ist/
So wisse/ daß Sie nicht viel ihres gleichen habe.

Aus schuldiger Pflicht und Christlicher
Condolence gegen den hochbetrübtten Herrn
Wittwer schrieb dieses

M. P. Jaenichius, R.



Nondum cessavit *Mars* campos urere bello,
 Indigenasque suis excruciare malis.
 Nondum florida pax prostratis incubat oris,
 Nec præbet plena munera larga manu.
 Nondum contusi gladii confractave scuta:
 Loricæ, galeæ, pelta nec hasta vacant.

Et proh! altera vox monosyllaba percutit ædes
 Nostras, ac homines dira venena necant.
 Pallida *Mors* nostram populosam irrepsit in urbem,
 Et rapit hunc, rapit hanc, nocte dieque vigil.
 Festina dulces rapiuntur morte Parentes,
 Pignora turbatus luget adempta Pater.
 Orba viro viduum plangit matrona cubile,
 Vir plangit *Costæ* funera mœsta suæ,
 Defunctum propere deplorat amicus amicum,
 Nemo non tacite tristia fata gemit.
 Et hoc majori deflet queriturque dolore:
 Quo minus extinctum corpus humatur humo.
 Ecce sepulturæ locus haud confertur honestæ.
 Credideris sane bruta canesque mori.
 Felix tu dilecta DEO, *Roesneria* conjux,
 Cum Martis, Mortis, spicula sæva fugis.
 Ut rosa dulcifluo turgens in stipite succo
 Exuit æreum, Sole cadente, decus:
 Mox decussa gravi vehementis turbinis ictu
 Dissilit, & nitido cassa decore perit:
 Sic Tua Te Virtus, Candor, Pietasque fidesque,
 O matrona pio consociata toro,
 Deserit, & linqvis curas in corde *Mariti*
 Magnifici grandes, accumulasque graves.
 Osi Te possem centum revocare querelis
 In vitam! toto pectore vota darem.
 Sed *Mors* ingenii donis & parcere formæ
 Nescit, nil lacrymæ, nil gemitusque juvant.

Ann.

Afd. G. 25 ad

Ann-Catharina pias inter defixa cohortes
 gaudia tranquillis vivida rebus agit.
 Illustres animas inter, Coetusque micantes
 Aspectu fruitur colloquioque DEI.
 Ast Tibi jam, *Vir Magne*, dolor gemitusque supersunt,
 Dum fundis tristes ore gemente sonos.
 Pectore constanti & firmo confide *Jehovæ*,
 Nec non impositum fer patienter onus.
 Conjugis amissæ non primus funera defles.
 En! olim plures abstulit atra lues. *
 Hancce DEI plagam tristem sævumque flagellum **
 Hac prece *** conamur finibus esse procul.
 Ne nos tempus edax consumat, CHRISTE, rogamus,
 Arce tu pestem, pestis & omne malum:
 Verus alexandros, verè Tu, CHRISTE, vocaris,
 Extra Te nobis omnia pestis erunt.
 In Te sed nobis sunt omnia plena salutis,
 Vita, salus, robur, Te tribuente, venit,

Pauca hæc

Piissimis manibus B. Nobilissima *Roesneria*
 dedit

M. Martinus Böhmi.

Passenbeimensis.

* In MSR. Pr. Chronico hæc invenio. Anno 1311. sind 17000. *Nahmhaffter*.
 Menschen verschieden. Anno 1343. war in Preussen ein Sterben 5. Jahr lang/ daß
 viel Dörffer sind wüst worden. Anno 1352. sind zu Thorn gestorben 4321. Dantzig
 17665. Elbing 7092. Königsberg 5068. Ordens-Leuthe 3132. Pauren und Dienst-
 Voldt in kleinen Städten und im Lande unzehlich. Anno 1427. ledige Leuthe und
 Kinder gestorben 18000. *Nahmhaffte* Persohnen 28000. Einwohner der Städte/
 Höfe und Dörffern 38000. Ordens-Brüder 381. Bischosse 3. Nonnen und Mönche
 561.

** Pestis est flagellum & sagitta DEI ob peccata hominibus immissa. *Athan. Kir-*
cher. in Scrutinio Physico-Medico pestis, quod *Christ. Langius* M. D. Lipsiæ Anno 1659.
 publicavit.

*** Disticha hæc leges in fine *Hodegenici Pestilentialis* sacri a M. Ernesto Stock-
 manno scripti. conf. Precationem tam solutam quam ligatam B. M. Jacobi Gerhards,
 quam *Disp. de Antidoto Pestis*, R. Georgio Nudingo Weissenburgo-Norico in Gymna-
 sio nostro Anno 1658. tempore pestis habitæ annexuit.

M. Martinus Böhmi

Beati mortui, qui in Domino moriuntur à modo.



Ors sat terribilis mortalibus esse videtur,
 Præsertim quos hæc præpete peste rapit:
 Quæ juvenesque senesque tenus discrimine tollit,
 Funeribusque vias tecta que multa replet.
 Attamen haud desperandum, cum pharmaca fallunt,
 Cumque nihil claris in Medicis opis est.
 In Domino siquidem morientis Spiritus olim
 Aeternâ gaudet prosperitate frui
 Foemina, cui funus facimus, dubio procul omni est
 Mortua & in domino, vivit & in Domino.
 Quòd didicisse mori fertur, dum viveret, atque
 Servatori animam sponte dedisse suam.
 Vitâ digna fuit longâ, dignissima luctu,
 Quo nunc moestus Eam prosequitur Viduus,
 Nosque simul cum Magnifico Proconsule nostro
 Moerentes etiam solvere justa decet.
 O utinam possem virtutum promere laudes!
 Illa quibus pulchrè condecorata fuit.
 Illa pio potuit miseris succurrere vultu,
 Et dextra facile munera larga dabat.
 Illa Pudicorum morum vitæque Patrona,
 Fidendo Jovæ candidi oris erat.
 Verbi divini nunquam contempsit honorem.
 Hinc nunc in coelis diva brabea capit.
 O utinam possem Viduo solamina ferre!
 Verum cum valeam nunc ad utrumque parum,
 Afflictum divi soletur diva potestas
 Verbi & permultâ prosperitate beet!
 Non equidem dubito, Tibi quin solatia possis
 E sacris foliis, *prime Scholarcha*, dare.
 Non est ut plangas juvenem periisse Maritam,
 Non periiit, præiit sed modo Chara tibi.
 Non est, ut duris in cuses fata maligna
 Verbis, o si nos non graviora premant!
 Non est ut viduam doleas cum turture vitam,
 Non solus vivis; nam DEUS ipse tuus,
 Ecce coronatur, *Conjux charissima* fertis
 Aeternæ vitæ, lætitiæque poli.
 Non ibi mors regnat, non sunt contagia pestis,
 Non miles terret, non Libicina furit.

Tantum
 Animo & calamo tristi in honorem
 sissimæ Rôfueriæ

ser:
 M. Martinus Bettleffius